

Band VII., Nr. 2130, Seite 73-74

Graf Ludwig von Spitzenberg und sein Sohn Eberhard verkaufen der Schwester des Ersteren, Agnes, verwitweten Gräfin von Aichelberg, ihren Hof zu Böhringen und ein Schwein jährlich aus ihrer Mühle in Kuchen um 60 Pfund Heller.

Ohne Ortsangabe, 1270. März 7.

In nomine domini. Amen. Quoniam, sicut scriptum est¹, cum superhabundaverit iniquitas, refrigescet caritas multorum, necessarium esse credimus, ut, quicquid inter modernos agitur, litterarum testimonio roboretur, quatinus omnis ambiguitas per eorum notitiam posteris auferatur. Noscant igitur universi tam presentes quam futuri, quod nos Lüdewicus dictus comes de Spizzinberg et filius noster Eberhardus pari consensu et communi voluntate vendidimus sorori nostre Agneti quondam comitisse de Achilberch curiam nostram sitam in Beringin² super colle juxta ecclesiam reddentem annuatim IIII libras in proventibus denariorum caseorum ovorum pullorum atque frumenti nec non unum porcum ex molendino nostro in Chuochin de bono foro II libras valentem annuatim, pro quibus omnibus contulit nobis LX libras Hallensium, promittentes eidem sorori nostre fide corporali ac firmantes cautione iuramenti, ut nullam sibi fraudem vel molestiam quamdiu ipsa vivat in predictis bonis aliquo modo inferamus. Post mortem vero ipsius LX libras Hallensium domino preposito ac conventui de Madilberg infra spatium unius anni absque omni gravitate assignemus, quas predicti domini in remedium^a sororis nostre tenentur distribuere, sicut ipsa cum eisdem fratribus ordinavit. Quod si infra predictum terminum eandem summam denariorum predictae ecclesie integraliter ac finaliter non persolvamus, predicta curia cum omnibus attinentiis suis et cum omni iure proprietatis et libertatis prefatis dominis remaneat in perpetuum.

 Acta sunt hec anno domini MCCLXX., indictione XIII.³, feria VI. post Invocavit. Testes autem huius facti sunt: dominus B. prepositus de Madilberg, Úlricus custos ac frater

^aHier ist *anime* wohl nur aus Versehen weggeblieben.

¹Matth. 24, 12.

²Unterböhringen.

³Die Indiktion stimmt nicht zum Inkarnationsjahr: 1270 hat indictio XIII.

II

Walterus cellerarius, H. miles de Techingin⁴, Gebehardus, H. de Alberingin⁵ ac minister dictus de Azzenwiler et alii quam plures. Ut autem huiusmodi factum perseveret inconcussum et firmum, presentem paginam sigillis patruorum nostrorum, videlicet domini prepositi Augustensis ecclesie ac Ūlrici comitis de Helfenstain, et nostro duximus roborare. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An weißen leinenen Schnüren noch 2 runde Siegel: 2) des Grafen Ulrich von Helfenstein, Bd. 5 S. 239 und Bd. 6 S. 109 beschrieben, von der Umschrift erhalten: + S . . . COMITIS . DE . HEL . . . N. (der letztere Stempel; Abbildung Codex Salemitanus, 2., Tfl. 18., Nr. 100). 3) des Grafen Ludwig von Spitzenberg, 46 mm, (IV. A. 1): ein auf 3 Bergspitzen stehender Elefant, Umschrift: + *Sigillum* COMITIS . LVDEWICI . DE SPICENBERC. (Abbildung ebenda Tfl. 20, Nr. 119). An der Stelle des 1. Siegels finden sich nur kleine Löcher im Pergament und es ist zweifelhaft, ob dasselbe überhaupt je angehängt war.

⁴Der 3. Buchstabe ist ein deutliches *c/i* *gt*; und somit käme *Dächingen* in Betracht, nach welchem auch in *WUB*, Bd. VI, *Urkunde Nr. 1702*, S. 102, ein Zeuge *Bertoldus de Taechingin* genannt wird, das aber weiter entfernt liegt; könnte statt des *c* ein *t* angenommen werden, so wäre *Tethingen* für *Tetingen*, das heutige *Dettingen*, gleichfalls Sitz einer adeligen Familie und *althelfensteinisch*, wahrscheinlich der gemeinte Ort.

⁵Unermittelt, wenn nicht verschrieben für *Altberingin* = *Unterböhringen*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 469 I U 34

Überlieferung und Textkritik:

Original.

Regesten:

Müller: Urkundenregesten Adelberg, Nr. 34.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)
 Adelberg - Kloster, Adelberg, GP
 Aichelberg Wohnplatz (567)
 Aichelberg, GP
 Augsburg, A
 Azzenweiler Wüstung (21653)
 Azzenweiler, Geislingen an der Steige, GP, W
 Dettingen am Albuch Wohnplatz (4048)
 Dettingen am Albuch, Gerstetten, HDH
 Dächingen Wohnplatz (16767)
 Dächingen, Ehingen (Donau), UL
 Helfenstein Wüstung (21656)
 Helfenstein, Geislingen an der Steige, GP, W
 Kuchen Wohnplatz (758)
 Kuchen, GP
 Spitzenberg (Burg) Wüstung (21678)
 Spitzenberg (Burg), Kuchen, GP, W
 Unterböhringen Wohnplatz (584)
 Unterböhringen, Bad Überkingen, GP